Nos Stephanus Johannis Czarthconis Civis Cracovien. pnt Iudex Seu Advocatus
provincialis supremi Iudicii Iuris Thentunici in Castro Cracovien. Per magnificum principem dnum Wla
dislaum Regem polonie Illustrem ad id specialiter deputatus. Una cum scabinis eiusdem Iudicii infrascriptis
Notum facimus universis pnt. quibus expedit presentes. Quod cum fer. quinta post festum bti Jacobi apli Iudicium
pro nos fuisset bannitum et more consueto contestatum. coram quo Iudicio accedens personaliter famosus vir Joha
nes paulini medie pt advocacie Advocatus in Civitate Welizen. non compulsus non coactus neque aliquo
dolo circumventus. sed sanus mente et corpore ex certa animi sui deliberacione famose dne katherine
consorti sue legittime Racione dotalicii. Allodium Thur sic nuncupatum ante Welizcam situatum quod prius
suis pecuniis veris ac iustis comparavit legavit donavit et pnt melius potuit deputavit et resignavit
perpetuum tenendum habendum regendum perpetuis temporibus possidendum. nemine in vestris prius conserta
dum. In cuius rei testimonium Zigillum regale quo in Iudicio predicto ex consuetudine utimur presentibus
est appensum. Actum et datum in Castro Cracovien. die quo supra Sub anno domini Millesimo Trecen
tesimo octuagesimo sexto presentibus hys testibus ac Iuratis Dyrkone et Jacobo Civibus Cracoviensibus
Iwanussio advocato de Wolwramow. Stanislao de Glogoczow. Myroslao de Gnbrowicz. Nicolao de Zao
ssicz et Swankone de pachostowicz Scultetis et alys multis fidedignis ac honestis.

Latuncke

Domin. Laurentius Nicolai cum
consorti sue.
Aº 1386to.

ad allodium Zlyne